

V C
3149




2,



2, 56.

V c
3149



D R E S D A

I N S P E R A T V M E T L V C T V O S I S S I M V M

obitum Illustrissimi, Potentissimi ac generosissimi Domini,

D N. CHRISTIANI II. DUCIS SAXONIÆ,

I V L I Æ, C L I V I Æ E T M O N T I V M, S A C R I R O M A N I I M P E R I I

Archimarscalci & Electoris, Landgravii Thuringiæ, Marchionis Misniæ, & Burggravii

Magdeburgensis, Comitum de Marcka & Ravensbergk, D N in Ravenstein &c.

Domini sui clementissimi &c.

XXIII. die Iunii circiter horam VI. vespertinam apoplexia correpti, atque post X. nocturnam placidissimè in CHRISTO demortui.

A N N O C H R I S T I A N I N U M E R I M. D C. XI.

Elegiaco versu deplorans.

Tertia bis dena & labentis vespera Iunî
Sextâ horâ heu secum tristia fata tulit. (las.
Hinc media magnas iterans sub nocte quere-
Dresda sui lethum Principis alta dolet.
Quot lacrymis? quanto plangore it clamor in auras?
Vtq; insperatus pectora luctus adit.

D R E S D A.

CH R I S T I A N V M, heu, nostrum, qui Dux, qui
nostra columna,

Surripuit subito quàm nimis atra dies?

Occidit Elector pius ah pius, ô pia turba:

Lugete ô Vrbes: plangite Rura, pium est.

Gaudia præcidit luctus lacrymosus: in oris

Iam cecidit nostris palma, corona, decus.

Mens augusta Tibi fors perpulcra obtigit: at nos
Sors miteros tristi foeda dolore præmit.

Multa repentino peperisti tristia casu:

Hostibus at nostris gaudia multa dabis.

O lugenda dies, qua Dux pietate celebris,

Iustitiæ cultor, Pacis amator obit.

Turbavit nunquam tranquillis otia Musis,

Iuvit & expensis templa scholasque suis.

Scilicet æthereum ceu fert cervicibus axem,

Dux bona fulcivit publica noster, Atlas.

Albicolæ Nymphæ testantur, Mulda fatetur,

Sala suis ripis facta benigna refert.

Leucoris est testis, testis lapidosus Elister,

Qui nunc assiduis fletibus auget aquas.

Fallor? an in causa est hominum turpissima vita,

Nam scelus in multis desinit esse scelus.

Quam vis ipse DEVS moneat, DEVS ipse minetur,

Efficiet monitis nilque, nihilque minis.

Vsq; ad eò humanas cœpit clementia mentes,

More suo vitam vivere quisque solet.

Si qua tamen superest monitis reverentia, si quos

Hæc tristi luctu plena figura movet.

Quisquis es, ô tandem peccatis iniice frenum;

Sit modus offensæ, sit satis esse reos.

In cursu furor est, divino cede furori,

Dum locus est veniæ, crimina plange tua.

M I S N A.

Heu mihi, quid mecum, vobis quid fiet alumuis?

Quæ nos nutrit dextra benigna jacet.

Ensis imperii Romani mortuus, heu, heu:

CHRISTI tam re, quàm nomine, IANVS erat.

G R I M M A.

Res tua nunc agitur, fata heu properantia fata
Flebilibus luge, grex studiose, modis.

Altor, nutritor tuus occidit, occidit ille,

Qui patriæ Pater, ah flere quis abstineat?

P O R T A.

Cur ita spumosis Sala præterlabitur undis?

Præmatura Ducis funera conqueritur.

Quid cessas ergò ludi studiosa juvenus?

Da quoq; mœstitiæ signa probanda tuæ.

L I P S I A.

Plissa gemit, gemitu parili respondet Elister,
Ingens ingentis causa doloris adest.

Ah caput, ah columen, fortunæ ah gloria nostræ

Corruit: Astræa hinc plorat & alma Dice.

V V I T T E B E R G A.

Mons querulam tollens vocem sic ejulat Albus:

Noster ubi currus? Rector ejusdem ubi, ubi est?

Interijt. juvenes lacrymas miscete puellis,

Rapto tam iusto, tamque pio capite.

D R E S D A.

Tantum nos casum subjecta mente feremus,
Vt fiat læsi mitior ira DEL.

Stat sua cuique dies mortis: sed tempora vitæ

Arbitrio nostræ temperat usque DEVS.

Principis in requie possedit Spiritus astra,

Sufficiat lacrymis immauisse genas.

Nil juvat in lymphas si quis vel fletibus irer,

Exanimi sua sunt iusta soluta Ducis.

Tristibus at nobis solamine IANÆ GEORGI

Cum fratre AVGVSTO pectora mœsta levas.

Vivat uterque diu, longævos compleat annos,

Omnia successu cœpta Ichova beet.

IANÆ GEORGI itidem Te janua Relligioni

Ensisero pateat, sicut aperta stetit.

Imperio nunquam desint jus fasque, perennet

Nostris in laribus nobile Pacis opus.

Dædala qui servas spaciosi mœnia mundi,

Incolumes serva; gaudia nostra, Duces.

Salvis namq; Illis speramus & omnia salva:

Atque hoc mœrori dulce levamen erit.

Vtque prius lacrymas junxistis fletibus Vrbes,

Nunc quoque sic votis jungite vota meis.

M. IACOBUS BOHEMUS Pastor Oberauensis,
subjectissimæ *συμπληθίας* ergò fecit.

Typis Hieronymi Schützij.

No. 3149 A

ML 1017

ULB Halle


004 801 342

3





Iam cecidit nostris palma, corona, decus.
 Mens augusta Tibi sors perpulera obtigit : at nos
 Sors miseris tristi foeda dolore premic.
 Multa repentino peperisti tristia casu :
 Hostibus at nostris gaudia multa dabis.
 O lugenda dies, qua Dux pietate celebris,
 Iustitiae cultor, Pacis amator obit.
 Turbavit nunquam tranquillis otia Musis,
 Iuuit & expensis templa scholasque suis.
 Scilicet aethereum ceu fert cervicibus axem,
 Dux bona fulcivit publica noster, Atlas.
 Albicolarum Nympharum testantur, Mulda fatetur,



In cursu furor est, divino cede furori,
 Dum locus est veniae, crimina plange tua.
 M I S N A.
 H E u mihi, quid mecum, vobis quid fiet alumnis?
 Quae nos nutrit dextra benigna jacet.
 Ensis imperii Romani mortuus, heu, heu :
 CHRISTI tam re, quam nomine, IANVS erat.

Ah caput, ah columen, fortunae gloria nostrae
 Corruit : Astra hinc plorat & alma Dice.
 V V I T T E B E R G A
 M O ns querulam tollens vocem sic ejulat Albus :
 Noster ubi curus? Rector ejusdem ubi, ubi est?
 Interijt, juvenes lacrymas miscete puellis,
 Rapto tam justo, tamque pio capite.
 D R E S D A.
 T A ntum nos casum subiecta mente feremus,
 Vt fiat laesimitior ira D E I.
 Stat sua cuique dies mortis : sed tempora vitae
 Arbitrio nostrae temperat usque D E V S.

Kodak
 LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Incolomes serva; gaudia nostra, Duces.
 Salvis namq; Illis speramus & omnia salva :
 Atque hoc moerori dulce levamen erit.
 Vtque prius lacrymas junxistis fletibus Vrbes,
 Nunc quoque sic votis jungite vota meis.

M. I A C O B U S B O H E M U S P a s t o r O b e r a u e n s i s ,
 subiectissimae *συμπλησίας* ergo fecit.

Typis Hieronymi Schützi.